



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxvii. De successionibus ab intestato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

de quibus ex loci consuetudine fieri debebit legitima deducitor, retinetor. residuum fidei commissariæ personæ restitutor.

Filius itaque à patre hæreditatem cuiquam ^{18. Rai-} restituere absque liberis moriens si iussus erit: in ^{naldus.} paternis bonis tertiam partem iure naturæ debitam habeto. hæc sine grauamine esto. Quartā etiam Trebellianicam sicuti quilibet extraneus deducito. has portiones testamento relinquendi potestatem habeto. Si quid de bonis suis disposerit, si hæredes instituerit, si quæ legassit, si quam pœnam adiecerit: hoc vsq; ad eas, licet easdem in legando non expresserit, ratum esto. Pœna tamē si pluribus hæredibus imposita erit: eos tantū qui contra defuncti voluntatem cōmiserint teneto. Beneficio autem legis Falcidię in legato prestanto, propter quod pœna imposta siet, si intra legitimum tempus testatoris voluntati paruerit, & inuentarium faxit, hæres vtitor. hæc etiam contra testatoris voluntatem inducitor.

De successionibus ab intestato. Tit. 27.

Piscopi, Presbyteri, & clerci, ut supra dicitū ^{1. Sed hoc.} Est, si quid per hæreditatem, aliōve modo, intuitu personæ quæsierint: hoc ollis cui volent dum viuunt donare liceto. Sin ante obierint quām hoc faxint: altari cui seruient omnia perpetuò sanctificantor, in ius eius transeunto.

Itaque clerci, qui parochialis ecclesiæ admī- ^{3. Cum dī lectus.} nistrationē gesserit, intestatō defuncti bona que eius fuerint cùm moreretur, ipsius ecclesiæ no-

De Sepulturis

mine episcopo vendicare liceto. Si tamen in extremis agens velut ultimam exprimens voluntatem se & sua monasterio cuiquam legitime contulisse probabitur: haec ipsi monasterio restituuntur. Intestatus autem, etiam si suę mentis compos non fuisse, cum ultimam voluntatem expresserit, ostendetur, intellegitor.

2. *Sancto.* Laici verò de presbyterorum suorum morientium substantia sicut in propriis servis partes ne vendicanto. qui liberi facti erunt ad suscipiendum gradum & agendum diuinum officium, ab his preter diuinū officium ne quid exigitor. Peculium ipsorum sic diuiditor. Pars una episcopo, altera ecclesiæ, tertia pauperibus, quarta paréribus designator. Si idonei parentes non erunt: hanc episcopus recipito. In usum ecclesiæ diligenter distribuito. Qui contra hoc præsumperit anathematisator.

De sepulturis. Tit. 28.

7. *De uxo* TAM viro quam vxori libera elegundæ sepulturæ facultas esto.

Patri quoque ubi volt filios suos sepelire, nisi contra consuetudo erit, liceto.

3. *Frater-* Si qui ergo apud ecclesiæ & monasteria in*nitatem.* queis religiosorum fratrum cōuentus constituti sient sepeliri desiderabunt: his ne contradicitor. At si quis relictis antiquis ecclesiæ de patrum aliorūmque paréatum suorum sepulchris ad noua minùs religiosa loca transferri se mandassint: hoc viribus careto.

Itaque